



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

alius bona fide. n. 549.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**



teria gravi contra charitatem, non tamen contra iustitiam Ratio *primæ partis, est.*, quia tenemur nolle malum proximo ex præcepto charitatis, & *secundo*; quia actus ille de se non est ablativus famæ proximi, cum incerta narratio non habeat vim faciendi fidem; ergo quod alii credant, oritur ex eorum malitia & levitate: consequenter narrans non peccat contra iustitiam.

## CONFIDENTIA. CVIII.

549. **Q**uintus narrat bona fide crimen alterius, quod credit esse publicum & verum, cum revera sit occultum, vel etiam falsum: an teneatur ad restitutionem, quando cognoscit se errasse? Resp. teneri, non quidem ratione iniustæ damnificationis, sed ratione rei, id est, famæ ablatæ. Ratio desumitur ex supradictis, de possessore bonæ fidei.

## CONFIDENTIA. CIX.

550. **S**eptimo commissum est secretum [ expressa vel tacita conventionione tacendi ] quomodo peccet, si commissum sibi secretum revelerit.  
R. *Cum Comm.* peccare ex genere suo mortaliter, pro ratione materiæ aut damni inde sequenti, contra fidelitatem & iustitiam.

Ratio est: quia obligatio iustitiæ ex genere suo est sub mortali: sed qui secretum expressa vel tacita conventionione reticendum in se suscepit